

S.

tam, nec Geraldus in rescripto facit
ejus mentionem. Itaque tuas per
Gringalletum missas, transmisi ad
Ammonium in Styriam, una cum D.
Crusii literis: cui nunc per te salu-
tem, alia vice scribam. Vale.

J. Kepplerus Matthiæ Berneggero

S. B. D.

A Mantissime Berneggere: vellem
equidem D. Tuæ prius in iis pro-
desse, quæ à me petiisti: si ea esset
conditio tuorum postulatorum, ut
id scripto fieri posset. At mehercule
nihil effecerimus, nisi tu manum ad-
moveas, quæque Tibi inter calcu-
landum occurrerint difficultates in-
explicabiles, de iis me edoceas. In-
terim verò mihi occurrit occasio tu-
am implorandi operam. Scripsit
contra me Röslinus librum germa-
nicum, quem te vidisse puto. Typus
est elegantissimus, quem ipsi qui-

A 3

dem